



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Hæreticorum scurrilitas dira & impia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

infelix est cōmētum, vt ne ipsum quidē autorem  
ad fidem magis vulgasse crediderim, q̄ ad risum  
impia scurrilitate captandum, vt Hæreticorum  
ingenium est sacrā per cachinnos quatere. Nimi-  
rum procaci ingenio bella visa est Lusio in Cani-  
sij, Catellæ, caninarumq; nuptiarum nominibus.  
Inde fabella extemplò consuta. Quæ quanquam  
misera, absurdaque ipsa compositione satis confu-  
tabatur, iuuit tamen deinde de tota re diligenter  
inquirere: ac plane compertum est nullam vñq;  
fuisse Moguntiæ vlo in cœnobio sacrarum Vir-  
ginum Abbatissam aut Antistitiam Catellam. Ve-  
rum enim uero quo digne malo mactes bipedes  
istos, qui ludum, iocumq; sibi Deum, & homines pia,  
faciunt, famamque, & infamiam innocentium,  
& animarum carnificinam? Hos vt quisquam  
putet plusquam sanctissimos viros, & sapientissi-  
mos Patres, Ambrosium, Hieronymum, Augusti-  
num, Gregorium: plusquam D. Thomam Aqui-  
natem, & Bonaventuram, & inumeros præ-  
ter doctrinæ subtilitatem, pietatem mira modestia-  
que spectatos Doctores sapere? Miseret simpli-  
cium populorum, quibus furiali immanitate il-  
luditur. Canisium quidem ab omni in eo genere  
Hæreticoru  
scurrilitas  
dira, & impia  
S non

non modò culpa, sed etiam suspicione, vel ipsius conspectus liberabat: adeo non modò integrumus corpore, ac mente erat, sed grauitatem, sanctitatemque spirabat.

*Canisius Coloniam ex-  
currevit.*

*Res Coloniæ  
gestæ.*

Qui dum Vormatiæ collocutio propter universariorum dissidia pendet, sub finem Octobris Coloniam Agrippinam excurrit. Aduocabatur eo cupidissime & à Sociis, & à Ciuiis: & spectabat apud utrosque operam positurum cum fructu. Quin etiam ipse Lainius innuerat rem sibi pergratam, ut Collegij statum cognosceret. Exceptus est Coloniæ plausu mirifico, tota Ciuitas quasi ad hominem diuinum visendum vndeque confluente, Gropperò in primis triumphante. Latus & ipse summopere est Coloniensis Collegii profectu, præsertim cum videret ex aliis quoque Collegiis scholasticos iuuenes fere ducentos sacramentorum causa ad Patres adire. Spem itaque præcepit amplissimam inde in multorum Collegiorum subsidia egregios viros prodituros: quoniam nimirum spes postea nihil fecellit. Unica laborabant rei familiaris difficultate, non modico anno alieno pressi: quod Canisius ipse dissoluit exacti pecunia, quam olim de patrimonio suo in usus ciui-